

QR. 528.27

B. 1

Π i  
1870

ΣΙΔΩΝΤΕ

PROGRAMMA  
EXHIBENS RECENSIONEM LIBRORVM  
QVORVMDAM ANTIHESVITICORVM

INVITATIONI DECENTI

AD

PANEGYRIN SOLLEMNEM

D. XVI. AVG. A. CIOIOCCCLXII.

IN GYMNASIO GOTHANO EXCEPTVRAM

NATALEM AVSPICATISSIMVM

SERENISSIMAE PRINCIPIS

AC DOMINAE

LVDOVICAE DOROTHEAE

DVCIS SAXO-GOTHANAE ATQVE ALTEN-

BVRGENSIS

MATRIS PATRIAE CLEMENTISSIMAE

ATQVE AD AVDIENDAM

IUVENIS ORNATISSIMI FLORENTISSIMIQUE

IO. FRIDERICI GVILIELMI GOTTERI


ORATIONEM LATINAM

PRAEMISSVM

IO. HENR. STVSS

GYMN. RECT. ET REG. PRVSS. ACAD. SCIENT. COLL.

GOTHAE LITTERIS REYHERIANIS.



## Σ Τ Ν Ο Ψ Ι Σ.

I. Instituti ratio. II. Memorantur Montaltii Litterae provinciales. III. Parallele de la Doctrine des Payens avec celle des Jesuites. IV. Artes Iesuiticae. V. Iesuita in fe-rali pegmate constitutus. VI. Inuitatio ad panegyrim et audiendam orationem.



## I.

offquam res Iesuitarum, in Lusitania primum, et regione iplo- rum Americana Paraquay pessumdatae, (a) nunc etiam in Gallia coeperunt ruere, et retro sublapsae referri, ita vt de aduersis eorum fati multa nobis narrent ephemerides politicae, multaque adeo sermonibus et scriptis haec ventilantibus materia praebetur; equidem ab hoc tempore, tot stupendis rerum catastrophis insignito, haud alienum putari, si memorabilem quorundam librorum, ad historiam sacri, ea etiam significatione, qua auri sacra fames dicitur, huius ordinis facientium, quos partim ipse possideo, partim e bibliotheca palatina perlustrandos impetraui, breuem aliquam recensionem in hacce pagellas coniectam, Lectoribus harum rerum haud incuriosis exhiberem. Neque vero nunc primum in hanc arenam, leuis armaturae *ὀπλόμαχος*, de- scendo, verum etiam ante hocce triennium *programmata secundo de nou- nullis ad historiam bibliothecae Gymnasi Gotbani pertinentibus*, quo et Lo- iolitas, rerum testimoniis conuictos, crassissimos monachomachos vocaui, librorum hodie rariorum, in modo dicta bibliotheca nostrae exstantium, speciatim insignis illius syntagmatis, complura variorum scripta complexi, cui tit. *Doctrinae Iesuiticae praecipua capita*, quod *Rupellae* sub finem fae- culi XVI. sex iustae molis tomis, forma chartae octuplicata, prodiit, suc- cinctam recensionem dedi. Atque huc respiciens, silentio praeterire ne- queo, in hoc ipso *programmata*, post memoratam *Seckendorffianam, Histo- riae Lutheranismi insertam, narrationem de origine, indole, factis et fati Iesuitarum*, me exoptasse continuationem huius historiae ad nostra vsque tempora, iamque voti huius, cum aliis haec nosse cupientibus, compotem factum, edita a celeberrimo HARENBERGIO *Pragmatica ordinis Iesui- tarum a prima origine ad praesens usque tempus historia.* (b)

## II. Hisce

(a) De factis et fati Iesuitarum in Lu- sitania, nec non de regno in Paraquay, rebellibus hisce in reges Hispaniae et Lu- sitaniae, atque *Ψευδονύμοις* Iesu Sociis e- repto, deque improba ipsi Pontifici Rom. repugnandi ratione, amplissimam nobis exhibet relationem grande illud, iamque Partibus IV. haud exiguis constans, Syn-

tagma, cui tit. *Sammlung der neuesten Schriften, welche die Jesuiten in Portu- gal betreffen. Franckf. und Leipz. 1760. Re- censetur illud in Göttingischen Anzeigen von gelehrten Sachen. a. 1760. p. 105. et 587.*

(b) Prodiit nempe opus laboriosum, varium, copiosum, lectu dignissimum, *Pragmatische Geschichte des Ordens der Je- suiten*

II. Hisce de scopo meo praemissis, iam porro arma quaedam, gentem Loioliticam, acerrimam illam atque pugnacissimam, strenue impugnantia, ex meo polemicorum armamentario chartaceo deprompta, haec con-  
tueri dignantibus ob oculos pono. In his vero, missa ampla descriptione, quam hae pagellae haud capiunt, non nisi indice digito quasi eminens ostendo insigne illud et celebratissimum opus, quod Latinitate donatum, ita inscribitur: *LVDOVICI MONTALTII litterae provinciales de morali et politica Iesuitarum disciplina, a WILHELMO WENDROCKIO, Salisburgensi theologo, e Gallica in Latinam linguam translatae, et theologice notis illustratae, quibus tum Iesuitarum aduersus Montaltium criminationes repelluntur, tum praecipua theologiae moralis capita a nouorum Casuistarum corruptelis vindicantur.* Accedit *SAMVELIS RACHELII Examen probabilitatis Iesuiticae, nouorumque Casuistarum. Helmaestadii a c13 10 CLKIV.*

4. (c)

III. Operi illi, inter antiiesuitica maxime eminenti, subiungo, itidem ex meis, magni etiam momenti in bello iesuitico librum, cui tit. *Parallele de la Doctrine des Payens avec celle des Iesuites, & de la Constitution*

( 2 du

süßen seit ihrem Ursprunge bis auf gegenwärtige Zeit, durch Johann Christoph Havenberg. Halle und Helmstädt 1760. II. tom. 4.

(c) Integro illi titulo, in gratiam Lectorum, paulo vberiore notitiam huius libri, Iesuitis formidandi, atque artibus horum *αυτοκρατορας* flammis vtricibus traditi, haec saltem addo. Sub nomine *LVDOVICI MONTALTII* latet *BLASIVS PASCALIS*, admirabilis ille *παιδοδιδασκαλος*, atque in mathematicis *μαθηματικος*, qui iam anno aetatis XVI edidit suum *Traité des coniques*; auctor ille libri suo merito aestumatissimi, licet non nisi materiam aliquam aedificii extruendi exhibeat, cui tit. *Traité de la Religion, contre les Athées, les Deistes, et les nouveaux Pyrrhoniens*; quique, postquam philosophi ipsa praxi pietatis, et patientiae in adhaerentissima valetudine, vere christiani mirificum exemplum praebuit, a. 1662. aetat. 39. exspirauit. Plura qui nosse cupit, adeat *BAELII Dictionarium historico-criticum*, vbi copiosissime de eo agitur, atque hic *BLAISE PASCAL* vocatur *l'un des plus sublimes Esprits du*

monde, deque Litteris hisce prouincialibus ita iudicatur: *Les Lettres provinciales de Mr. Pascal ont passé, et passent encore pour un chef d'œuvre.* Proderunt eae primum a 1656. hoc tit. *Lettres provinciales, ou lettres écrites par Louis de Montalte à un provincial de ses amis, & aux rever. Peres Iesuites sur la morale & la politique de ces Peres.* Conferri etiam meretur *Buddeana Isagoge historico-theologica pag. 712 sq. nec non Walchiana Bibliotheca theologica sel. tom. II. p. 294. sq.* vbi nouem indicantur editiones Gallicae huius libri, praeter eam, qua Gallicae, Latine, Hispanice, et Italicae coniunctim prodidisse memoratur Colon. 1684. 8. Sub nomine vero *WILHELMII WENDROCKII, theologi Salisburgensis*, quod lateat celeberrimus ille theologus Gallus, Ianfenista, *PETRVS NICOLIVS*, (mortuus Paris. a. 1695. aet. 70) itidem d. l. docet immortalis memoriae theologus b. *BVDDEVS*. Atque huius ingenium stilumque *BAELIVS artic. PIERRE NICOLLE*, quo de vita, scriptis, et fatis eius vberime exponit, vocat *une des plus belles plumes de l'Europe.*

du Pape Clement XI. qui commence par ces Mots: Vnigenitus Dei Filius. à Amsterd. 1726. 8. Cum Lectoribus humanissimis non ingratum fore credam lectu dignissimi huius libri aliquem praegustum, transcriptum hęc sisto initium praefationis, quod ita habet. *Préface en forme de Lettre adressée aux RR. PP. Iesuites. Vous avez déjà vü, mes Peres, par le titre de cet ouvrage, quel en est le dessein. Il se reduit uniquement à montrer d'une part les dogmes et la morale des Payens, et de l'autre la Doctrine de votre Societé, dont la Bulle est une Apologie. Rien de plus simple, que le Projet, et rien neanmoins ne vous paroitra peut-être plus odieux et plus insupportable. En effet, connoissant mieux que personne, combien votre mérite est rare: et vous étant apellez vous mêmes (d) une Societé non pas d'hommes,*

(d) Ad farraginem illam titulorum fastuosissimorum, ipse auctor libri (in gratiam Iesuitarum, aequae ac Litterae illae provinciales, publicè combustae, qui ab HARENBERGIO *Histor. Iesuit. tom. I. p. 55.* perhibetur Iansenista quidam, nomine PERTHIER,) hanc subiecit notam: *Telle est l'idée, que les Iesuites de Flandres donnent de leur Societé, dans leur livre intitulé: Image du premier Siecle de la Societé de Iesus. Voyez les pages 410. 406. 27. 53. 401. 30. 36. 622.* Huius libri, grandis forma folii impressi, et multis emblematicis aeri incisus refertus, inque catalogo librorum rariorum Vogtiano inter admodum raros relati, cuius inspiciendi hęc mihi copia fieri haud potuit, descriptionem vberiozem dat HARENBERGIUS operis sui tom. II. indice primo lit. J. Mentio eius etiam fit in *Compendio Histor. eccles. Gothano lib. II. p. 752.* his verbis: *In panegyricas autem laudes adornatam saeculare (Societatis Iesu) historiam anno 1640. Damianus edidit.* Si chartae spatium permitteret, ipse etiam quam plurima arrogantissimae huius Societatis elogia hyperbolica excerpere possem et libro singulari atque minus obvio, qui e bibliotheca b. nostri Cypriani in meam transiit. Excusus ille est Antuerpiae a 1662. forma fol. min. atque hunc habet titulum, cum praefixum, tum tabulae aeneae, Ignatium lumine aethereo collustratum, et variis virtutum imaginibus cinctum sistenti, elegantem insculptum: *S. Ignatii de Loiola,*

*Societatis Iesu fundatoris, apophthegmata sacra, siue caelestis prudentiae aphorismi, tribus commentariis ad efformandos mores illustrati a P. Hadriano Lyraeo, Antuerpiano, eiusd. Societ. Sacerdote.* Iam vero, vt opposita iuxta se posita magis elucescant, adscribo etiam minus honorifica Iesuitarum elogia, eaque dudum tralaticia, excerpta e libello apologetico pro Societate, initio superioris saeculi edito, cui tit. *La chüsse du Renard Pasquin, descouvert & pris en sa Taniere du libelle diffamatoire fauxmarqué le Catechisme des Iesuites, par le Sieur Felix de la Grace, gentil homme François, Seigneur du dict lieu, jouste la copie imprimée a Ville-franche 1603. 12.* Inducitur in eo Pasquinus quidam Gallicus, varia noua venum dans, seque Romani illius nepotem vocans, et praedii nobilis possessori, huiusque amici, theologo cuidam, et libellorum supplicum magistro, inter alia adportans Catechismum Iesuiticum, huiusque contenta, quae deinde, a tribus illis contra Pasquinum antiiesuitam oppugnantur et resutantur, ita p. 12. exponens. *Il ne traite pas de la foy, comme porte le titre: mais il contient les finesse, subtilitez et cauettes des Iesuites pour s'introniser au monde, pour tirer une confirmation du Pape, pour se faire recevoir en France, & en tous les autres endroits, pour supplanter les Universités, secouer l'obeyssance des Euesques & Curés, accumuler richesses, despouiller les grandes maisons de leurs heredités, & les admener à leur meuse ou marmite, desrober les*

mes, mais d'Anges; des Esprits d'Aigles, les Flambeaux de Genre humain, les Précepteurs de toute la Terre, les Reformateurs des Mœurs, qui avez banni les vices, et fait fleurir les vertus. Grand Dieu, vous écrierez vous, de tels Hommes comparez à des Philosophes, des Orateurs et des Poëtes. Quoi! Nous qui sommes une troupe de Phoenix, des Hommes éminens en Doctrine et en Sagesse, de nouveaux Samsons: Nous, Genies tutélaires et Protecteurs de l'Eglise; Lions genereux, qui naissons tous le casque en tête; dont les plus petits Novices valent des Hommes de cent ans, et où les Freres sont plus que Philosophes; Nous en fin, qui sommes ce tissu d'Or, d'Hyacinthe, de Pourpre, et de Graine deux fois teinte, que l'Ecriture appelle le Rational du Jugement, et qui sommes attachez sur la poitrine du plus sains Pontife, qui est le Pape, comme l'Oracle étoit porté sur la poitrine du Grand-

) 3

Prêtre

Les enfans a leurs peres, plagiaires qu'ils sont, faire des seditions au villes et Royaumes, souslever les peuples contre les Princes Et Roys, Et entreprendre sur leur perfonnes: bref, il les depeint perturbateurs de toute police du monde et hierarchie de l'Eglise, ennemis de tout droit tant humain que divin. Voila le catechisme des Jesuites. Haec iam ineunte superiori saeculo veriora fuere huius Societatis elogia. Addo et recentiora e libro, anno proxime praeterito in lucem dato, arcana multa de artibus Iesuitarum in aula et vrbe Romana pendente, atque extirpationem totius ordinis sanctissimo Patri suadente, cui tit. Die entlarvete Wölfe, aus dem Portugiesischen in das Italiänische, und aus diesem in das Deutsche übersetzt. 1761. 4. En locum acerrimum, qui pag. 165. legitur. Wir wollen also einmal, um uns die Galle nicht noch mehr zu erregen; mit den Worten Nabums 3, 5. & schließen: Reuelabo pudenda tua in facie tua, et ostendam gentibus nuditatem tuam; et proiciam super te abominationem, et contumeliis te adficiam, et ponam te in exemplum. Und so wollen wir, wenn es Gottes Wille ist, mit noch bestigern, aber immer warhaftigen Schriften fortfahren, uns bekerzt allen Satyren und Schimpfschriften zu widersetzen, so hinsehr die verkehrte und hochmütige Gesellschaft im Druck erscheinen lassen, und ihren bethörten Weibern in die Ohren lispeln wird. Ich will deine Scham aufdecken

in allen Gattungen von Gottlosigkeit, und zu dem angefangenen Verzeichniß der unzüchtigen und geiken Sisti, Constanzi, Bon-solazzi und Benevenuti noch eine grössere Anzahl setzen, als die erste ist. Ich will deine Scham aufdecken, und sie dir unter das Gesicht stossen, so lang bis man durch eine päpstliche Bulle diese Gesellschaft von falschen Christen, von blossen Scheinreligiosen, von verlarvten Wölfen, von bezaubern-den Magiern, von Monarchenmouchelmörder-n, von Feinden des menschlichen Ge-schlechts, von Seelenverführern, von Beicht-auschwättern, von Evangeliumsverfäls-chern, von Indulgentzverkäufern, von Sa-cramentshändlern, von Empörern des Volks, von ärgerlichen Leuten bey den Catholiken und Ketzern, von Heuchlern und Verbeß-lern der Wahrheit, von Beschützern der Falschheit, von Haupttrehellen, von Verläum-der-n, von Hofspionen, v. Kaufleuten, v. Wechs-lern, von Verfälschern und Ränckespielern, von Meinydigen, von Götzendienern, von Con-trabandirern, von Dieben, Wucherern, Ver-räthern, Felonen, Simoniakern, Pelagianern, Verbannten, Socinianern, Atbeissen, und (mit allen dem doch) wolkvoordienten um die Kirche, ausrotten und vertilgen wird. En B. L. elogia Iesuitarum horrenda, ab auctore ecclesiae Romanae addito, atque in sequentibus a Summo Pontifice, eiusque purpuratis extinctionem totius Iesuita-rum ordinis enixissime flagitante, pro-fecta.

Prêtre des Juifs: Nous mêmes mis en parallèle avec des hommes profanes? Ne criez pas si haut, mes Peres, et moderez vos plaintes. Vous voyez déjà, que je ne dissimule point vos titres; je ne les allère, ni ne les diminue. Je serai même exact à rapporter les autres en tems et lieu; et je tacherai de n'en omettre aucun: car le desir, que j'ai de vous faire connoître pour ce que vous êtes, et aussi grands que vous êtes, n'est pas moins vis en moi, que dans le plus ardent de vos Panegyristes. Ceterum liber haud magnae molis habet capita XI. quae sunt, I. De la Connoissance de Dieu, et de la Justice. II. De l'ignorance invincible du Droit naturel. III. Des Peschez d'ignorance. IV. De la Crainte servile. V. De l'Amour de Dieu. VI. Du culte, que l'on doit à Dieu. VII. Des absolutions précipitées. VIII. De l'Amour du Prochain. IX. Des Sermens. X. De la volupté et des autres plaisirs des sens. XI. Du meurtre des Rois. En vnicum saltem, e cap. I. excerptum, specimen, quo ostendit auctor, fatale illud Galliae monstrum, Clementis XI. Bullam, Vnigenitus, a spiritu plane iesuitico esse profectam: nempe hunc Papam, cum adhuc esset Cardinalis Albani, Romae impri-mendum curasse librum CARDIN. SFONDRATAE, cui tit. *Nodus ignora-re - - id quoque magna beneficii et gratiae pars fuit: cum enim peccatum sit essentialiter offenso et iniuria Dei, sublata Dei cognitione, necessario sequitur, nec iniuriam, nec peccatum, nec aeternam poenam esse.* Quis vero crediderit, tam impia, tam horrenda a tantis Ecclesiae luminibus doceri; et quae miretur, pseudopphetas illos sub huiusmodi Ecclesiae capite in Gallia triumphasse?

IV. Tertio iam loco in hac classe pono librum itidem contra Iesuitas, auctore pontificio quodam eruditissimo, cuius nomen haud reperi, graui-ter et solide scriptum, qui nuper demum mihi obtigit, hoc tit. *ARTES IESUITICAE in sustinendis pertinaciter Nouitatibus, damnabilibusque Socio-riorum Laxitatibus, quarum sexcentae et sexaginta hic exhibentur, Sanctis-imo Domino N. Clementi Papae XI. denunciatae per CHRISTIANVM ALETOPHILVM. Salisburgi apud Amatorem Kereckove 1703. 12.* Liber hic, quem apud Batauos prodiisse facile adparet, praefationem habet nul-lam. Conclusio autem ad Pontificem M. ita incipit: *Haec sunt, Beatissime Pater, quae annon vere scandala sint, per Iesuitas emergentia in regno Dei, id est in commissa tibi Ecclesia Christi, decernet Sanctitas tua, cuius iudicio nos, et quaecumque diximus, prorsus submittimus.* Primi VI. para-graphi haec habent lemmata. I. *Nouitatum initium in Societate a neglectis feriis monitis S. Ignatii Fundatoris sui.* II. *Magnarum in Hispania et Belgio turbarum fomitem Molinae et Lessii Nouitates subministrarunt.* III. *Artes Socio-riorum in defensandis in Belgio Lessii Nouitatibus.* IV. *Doctorem celeberrimo- rum*

*rum iudicium de Nouitatibus Molinae. V. Artes Iesuiticae in defensandis Romae Nouitatibus Molinae. VI. Iesuiticae Nouitates plusquam sexcentae in materia morum.* Iam per sequentes paragraphos, vsque ad vigesimum septimum, harum enumerantur 663. locis auctorum accurate citatis. A paragrapho decimum XXVIII. vsque ad LXXII (atque in tot. paragraphos liber distinguitur) XLV. enarrantur artificia Iesuitarum ad sustinendas suas Nouitates, Laxitatesque.

V. Denique non possum non mentionem facere, cum in manibus etiam meis sit, versionis bene Latinae libri, perquam rari, qui valde olim pupugit atque vsit Iesuitas, a PETRO IARRIGIO, Gallo, desertore ordinis ipsorum, Gallice scripti, editique Lugduni Bat. 1648. 8. sub tit. *Les Jesuites mis sur l'eschafaut pour plusieurs crimes capitaux par eux commis dans la Province Guienne.* Latine ita habet tit. Iesuita in ferali pegmate ob nefanda crimina, in prouincia Guienna perpetrata, a Petro Iarrigio, antea eiusdem Societatis viro, quarti voti religioso, et concionatore, constitutus, cum iudicio generali de hoc ordine, Lugd. Bat. excusus 1665. 12. Locum hunc impressionis credere me vetat, quam meum exemplum prae se fert, chartae et typorum sordities. Praefixum est epigramma, non indignum, quod et heic legatur:

*Adspice ferali sublime in pegmate monstrum,*

*Connubio Satanae cum Feritate satum.*

*Picta quidem nemesis, sed factis debita veris,*

*Hic breuis indiculus quae numerosa dabit.*

*Sic, ubi carnificis vere reus effugit ensem,*

*In tabula pictum plectere iura sinunt.*

Praefatio, siue interpretis, siue editoris, ita incipit: *Hoc ipso anno, quo recusae prodierunt Montaltianae epistolae, damus et hunc tibi, lector beneuole, Iarrigii libellum, e lingua Gallica nunc primum Latinitate donatum. Si cum epistolis illis ex mole compares, longe minus est, fateor, quod damus, sin ex argumento, prope dixerim tanto superius, quanto plus conducit reip. facinorosos homines in pegma protrahi, ut ultima patiantur, quam in cathedra scholastica iniecto capistro compelli ad silentium publicum. - Quid doceant Iesuitae, ex Montaltio discas; quid viuant, ex hoc Iarrigio. Ille scientiam eorum denudauit, hic conscientiam. Ille ex floribus notabiles fecit, hic ex fructibus doctrinae, dignis utrisque, qui conuerterantur cum pulnisculo, et mittantur in clibanum gebennae.* Dedicatio auctoris ad Status generales Hollandiae et prouinciarum vnitatum acerrime statim in Iesuitas inuehitur, eosque caedere iubet. Ceterum capitibus XII illis obiicit crimina laesae Maiestatis, falsi, foedissimarum libidinum, adulterationis monetae, faeuitiae et ingratitude, et in subiuncto generali de ipsis iudicio multa

QX Th 1840

VD 18

multa enarrat facta eorum, regnis, atque prouincijs, etiam in Germania, valde perniciofa. Atque hunc tam acrem ex focio aduerfarium Iefuitae artibus fuis Circaeis iterum ad fe Antuerpnam pellicere, ibique vel vita anguftiffimis muris inclufum priuare, vel alia ratione mortalium oculis eripere potuerunt.

VL Mitto iam, atque in aliud tempus, fi DEO vifum fuerit, reicio plurium librorum antiiefuiticorum recenfionem, non nudos titulos, fed, praeter excerpta quaedam fpecimina, alia quoque ad vberiozem notitiam facientia, complexuram: iamque non nifi paucis humillimum pietatis officium, celebrato nuperrime in AVLA FRIDENSTEINIENSI NATALI AVSPICATISSIMO SERENISSIMAE MATRIS PATRIAE LVDOVICAE DOROTHEAE, intra Gymnafii parietes craffina luce, poftquam audita fuerit hora VIII. praeflandum, indico. Suscepit illud, ex ILLUSTRIS PATRIS voluntate, egregius plane iuuenis, IOANNES FRIDERICVS GVILIELMVS GOTTER, Gothanus, cuius felix gentilitia *in Pula* ingenium, omni liberali doctrina et morum elegantia fauftis fub penetrabilibus excultum, in fper patriae quam laetiffime efflorefcit. Elegit autem ille, et oratione bene Latina, per exempla, e variarum gentium hiftorijs petita, explicandum fibi fumfit argumentum cognitu et tractatu dignum, *de illuftris foeminis, regnorum et prouinciarum gubernatione praeclare funxit.* Abloluta huius argumenti fuccincta tractatione gratulationi demiffiffimae pro falute atque incolumitate CELSISSIMORVM CONIVGVM, SERENISSIMI DVCIS AC DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI, NEC NON SERENISSIMAE DVCIS AC DOMINAE NOSTRAE INDVLGENTISSIMAE, TOTIVSQUE FAMILIAE SERENISSIMAE, pia, quae par eft, vota fubiuget.

Iam PERILLVSTRES MAECENATES, CIVILIS ET SACRAE PVBLICAE REI IN AVLA FRIDENSTEINENSI CVRATORES, ALIIQVE AMPLISSIMAE DIGNITATIS APVD NOS VIRI, MVSIS ET INGENIIS FAVENTES, SPECIATIM EPHORI GYMNASII VENERANDI, PLVRIMIQVE CVLTISSIMAM GOTHAM GRNANTES LITTERATI, facile, ita confidimus, dabunt hoc honori INDVLGENTISSIMAE MATRIS PATRIAE, dabunt excitationi iuuenis oratoris, dabunt voto PATRIS ILLUSTRIS, dabunt denique precibus noftris demiffis, vt frequentes ac fauentes follemni huic panegyri intereffe, et Mufarum cultoribus hoc modo calcar ad-  
dere in publica commoda ne dedignentur.

P. P. D. XV. AVG. CIOCCCLXII.

X 3362673

me





B.  
H i  
1870

PROG

ROGRAMMA  
RECENSIONEM LIBRORVM  
DAM ANTIIESVITICORVM


INVITATIONI DECENTI  
AD  
GYRIN SOLLEMNEM  
VL AVG. A. CIOCCCLXII.  
SIO GOTHANO EXCEPTVRAM  
I AVSPICATISSIMVM  
ENISSIMAE PRINCIPIS  
AC DOMINAE

CAE DOROTHEAE

GOOTHANAE ATQVE ALTEN-  
BURGENSIS  
ATRIAE CLEMENTISSIMAE  
ATQVE AD AVDIENDAM  
NATISSIMI FLORENTISSIMIQVE  
ICI GVILIELMI GOTTERD  
RATIONEM LATINAM

PRAEMISSVM  
A  
IO. HENR. STVSS  
ET REG. PRVSS. ACAD. SCIENT. COLL.

ELITTERIS REYHERIANIS.



Color calibration strip with labels: Blue, Cyan, Green, Yellow, Red, Magenta, White, 3/Color, Black. Includes a ruler in inches and centimeters. Text: Farbkarte #13, B.I.G.